

**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio quinta. Vtrum imperfectio sit de essentia actus fidei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

**Magistri Durandi de**  
esse à deo dicta, vel inspirata, ut dictum est prius, ergo me-  
dium propriū fidei habitus deficit in patria. Secundum, quia  
dato q̄ est ibi tale mediū, tamen nō concurret cū mes-  
dio causante beatam visionē, quia visio beata cū sit actus  
præcīse supernaturalis cōsurgit totaliter & præcīse ex cau-  
sa supernaturali. Et idem totaliter & præcīse est ab essentia  
diuina effectiū & obiectiū, nullo alio concurrente.

11 Si autem queratur de possibiliitate simulitatis. Dicen-  
dum est quod si beati non viderent, nec sciret scripturam  
à Deo esse inspiratam, ita q̄ maneret in mediū propriū  
habitū fidei, sic credere & videri si ponerentur: esse duo  
actus secundum rem sic posset esse simul. Quod pare, q̄  
quia actus visionis & scientiae acquisitæ & actus fidei non  
habent oppositionem nisi secundum magis euidens & mi-  
nus euidens, actus enim visionis est simpliciter & summe  
euidens, actus vero scientiae mediocriter euidens, actus  
vero fidei est secundum insimum gradū euidens, & tamen  
aliquo modo euidens. Cū enim sit actus intellectus po-  
sitivus est quadam visio quamvis obscura, qui concordat  
dictum Apostoli. I. ad Cor. i. vbi dicit videmus nunc per  
speculum & in enigma, tunc facie ad faciem. Ecce quod  
vtrunḡ actum dicit esse visionem, sed vñā dicit esse clara-  
ram, quia fa. ad fa. Aliam verò dicit obscurā, quia per spe-  
culum & in enigma. Tunc arguitur sic, actus fidei &  
scientiae videntur opponi actuū visionis secundum magis  
euidens, & minus euidens, licet in hac apparenti opposi-  
tione maior videatur esse oppositio actus fidei ad visionē  
quam actus scientiae. Sed actus scientiae star in patria cum  
actu visionis secundum doctores, ergo similiter actus fidei  
poterit stare in patria cum visione, quius enim sit minus  
euidens & actus scientiae, tamen ex quo actus scientiae, est  
compositibilis cum visione actus fidei potest esse compo-  
sibilis cum eadē, visio enim vel vtriḡ opponitur vel neu-  
tri. Si vtriḡ cum neutrō potest stare, quia omni opposi-  
tione magna vel parua impedit simulitatem. Si neutri qua  
ratione potest stare cum uno potest etiā stare cum altero.  
Puto autem quod neutri eorum opponitur, quia opposi-  
tio formalis solum est speciem quae sunt sub codēm ge-  
nere proximi, sicut albedo, & ceteri colores sunt sub cor-  
iore, sicut sub genere proximo. Vnde opponuntur & sunt  
incompossibilis in eodem subiecto, sed colores &  
sapores quia non sunt in eodem genere proximo non op-  
ponuntur adiunictem nec sunt in eodem subiecto incom-  
possibilis, visio autem beata non videtur esse eiusdem ge-  
neris proximi cum quocunq; alio actu intelligendi, quem  
habemus in via sive in actu scientiae vel fidei, quia visio  
beata est actus supernaturalis non solum quanti ad cau-  
sam suam, sicut fuit visus datum caco nato. Sed est actus su-  
pernaturalis per essentiam, unde nullus actus intelligendi  
quem possumus habere ex puris naturalibus, sive sit scire  
sive opinari, sive etiam credere, ad quem, ut prius probatum  
fuit non requiri fides infinita, potest esse eius ei-  
dem generis proximi cum visione beata: Vnde nulla op-  
positione habent ad illam secundū se, nec secundū con-  
ditiones suas intrinsecas quæcumq; finit illa. Et ideo po-  
tent simul stare, & sic patet quod actus scientiae & fidei  
possunt simul stare cum visione beata dato quod fuit di-  
uersi actus, si autem intelligeretur quod unus esset actus  
beatus conformatum ex praesentia essentiae diuinae & ex au-  
toritate scripturæ que est fundamentū fidei, sic dicendum  
est quod non potest esse unus actus beatus confurgens ex  
prædictis duobus, quia vt dictum fuit prius visio beata  
cum sit actus præcīse supernaturalis cōsurgit totaliter ex  
causa supernaturali & ideo totaliter & præcīse est ab effi-  
cia diuina effectiū & obiectiū: nullo alio cōcurrente &  
sic econtrario est de fide acquisita & scientiae & fide & vi-  
sione beata, quo in primis actus fidei & scientiae non pos-  
sunt stare simul si sint diuersi actus, tamen autoritas fa-  
ciens credere, & medium demonstratiuum facies scire, po-  
tent concurrens ad unum actum assentiendi eidem con-  
clusione vt probatum fuit in principio primi libri, sed in  
proposito actus fidei potest concurrens cum visione bea-  
ta si sint diuersi actus stante suppositione prius facta, sed  
ad causandum visionem beatam nihil cōcurrat nisi essen-  
tia diuina effectiū & obiectiū.

1.2. prolo.

12 A D primum argumentum in oppositum cum diei-  
tur quod impossibile est quod idem formale obiectum sit

**Sancto Porciano**

simil euidens & ineuidens. Dicendum est quod nō est ve-  
rum si hoc referatur ad diuersos actus, proximo genere  
differentes, quia sicut tales actus non sunt oppositi, sic nec  
conditiones eorum sunt opposita quælescumq; finit illa. Item  
actus fidei & visionis non se habet sicut euidens &  
ineuidens, sed sicut magis euidens & minus euidens cum  
quilibet sit quadam vino intellectualis, licet vna sit clari-  
or & alia obscurior, quæ claritas & obscuritas sunt alte-  
rius generis proximi, & ideo non opponuntur, nec sunt  
in diuersis actibus incompatibilis.

13 Ad secundum cum dicitur quod incompatibilis est  
aliquam esse sic dispositum q̄ sit simul determinatus & in  
determinatus ad infallibilem veritatem. Dicendum quod  
si intelligitur de dispositione quæ est per habitum falsum  
est, quia oftenim fuit in præc. quæst. quod habitus fidei  
& gloriæ, opinionis & scientiae posuit similem esse, per vñ  
tamen intellectus est determinatus & non per alterum &  
iterum in eodem acto simul stant grauitas & virtus per  
quam mouetur ad Magneum, & tamen per grauitatem  
ferrum determinatur ad motū deorsum, per aliam autem  
virtutem non est determinatum ad motū deorsum, sed in  
differēter potest moueri ad quacumq; partem sicut Ma-  
gnes, igitur de dispositione quæ est secundum habitus,  
propositio non habet veritatem, si autem intelligitur de  
actibus sic impossibile est quod secundum eundem actum  
respectu eiusdem obiecti aliquis sit simul determinatus  
& indeterminatus, sed nihil prohibet quod hoc sit secun-  
dum plures actus proximi genera differentes, quia tales  
non habent oppositum, nec per consequens conditiones  
eorum sunt incompatibilis, & sic est de actu fidei & vi-  
sionis si autoritas scripturae nō est a beatis scita vel via-  
veruntam de facto non star actus fidei cum visione pa-  
tria propter causam prius dictam.

14 Ad tertium dicendum quod actus scientiae & opinio-  
nis non possunt stare simul si sint actus distincti, quia sunt  
sub eodem genere proximo & tales actus sunt incompati-  
biles, medium tamen demonstratiuum & probable pos-  
sunt concurrens ad causandum vnam actum vt dictum fuit  
in primo libro, sed actus fidei & visionis differunt genere  
proximo, & ideo non sunt incompatibilis ex illa causa  
ex qua scire & opinari sunt incompatibilis, sed ex hoc  
solum non stant simul, quia medium causans actum fidei  
non erit in patria vt dictum fuit, & si esset, non concurre-  
ret cum essentia diuina ad causandum visionem beatam  
qua est præcīse & totaliter a causa supernaturali. Ad qua-  
rum dicendum quod actus fidei evanescit totaliter in  
patria quantum ad essentiam actus & eum imperfectos  
men, quia totaliter deficit medium causans actum fidei,  
non sic autem erit de actu charitatis, nec de actu scientiae,  
& non propter hoc quod imperfectio sit de essentia actus  
fidei & non de essentia scientiae vel charitatis.

#### Q V A E S T I O Q U I N T A .

Vtrum imperfectio sit de essentia actus fidei.  
Castrone eius quod statim supra dictum est, querit  
tur vtrum imperfectio sit de essentia actus fidei. Et  
arguitur quod sic, quia enigma in cognitione videtur im-  
portare imperfectionem cognitionis, sed enigma est de  
ratione actus fidei secundum illud. I. ad Cor. i., videmus  
nunc per speculum & in enigma, ergo imperfectio est de  
ratione eius.

15 Item motus est actus imperfectus & imperfecti, sed  
credere comparatur motui ab Apostolo dicere per fidem  
ambulamus, ergo est essentia imperfectus actus imperfectus.

16 IN contrarium arguitur, quia sicut enigma quod  
attribuitur fidei, sonat imperfectionem, si esse ex parte  
quod attribuitur scientiae ab Apostolo. I. ad Cor. i., sonat  
imperfectionem, sed imperfectio non est de ratione actus  
scientiae secundum doctores, ergo similiter non est de ra-  
tione actus fidei.

17 R E S P O N S I O . Nomen imperfectionis importat  
defectum perfectionis vel gradum minoris perfectio-  
nis, & magis propriè importat defectus perfectionis, quia  
sicut perfectum est cui nihil deest, sic imperfectum dicitur  
cui aliquid deest. Et sic imperfectio dicit formaliter defec-  
tum, vel priuatione perfectionis vel simpliciter, vel secun-  
dum aliquem gradū, sed siue sic siue alio modo accipiatur  
imperfectio, dicendum est q̄ si accipiatur pro defectu vel  
prius

### Lib. III. Distinctio. XXXI.

priuatione perfectionis simpliciter vel secundum gradum, si imperfectio non est de essentia credendi, nec alicuius alterius actus. Cuius ratio est, quia nulla priuatio potest esse de essentia alicuius potius, quia omne potius constitutur intrinsec & essentialiter ex solis potius, quam igitur actus credendi, & omnis alius actus sit aliquid possum, impossibile est qd imperfectio prout dicit priuationem sit intrinsec de essentia actus fidei, vel cuiuscunq; alterius: potest tamen esse conditio concomitans, quia minor perfectio deficit a maior perfectione: & si imperfectio concomitantur semper & inseparabiliter actum fidei, qui est praesens & totaliter a fide. Deficit enim a perfectione actus scientiae & visionis, quia actus visionis tendit in rebus materialiter secundum se praestantem, actus vero scientiae tendit in obiectum presentatum per medium certum & euidem, de cuius certitudine constat ipsi scientiae ab utroq; autem istorum deficit actus fidei, cui non est praeferens obiectum, nisi per autoritatem dicentes, de cuius veritate non confitetur evidenter credenti, & sic talis imperfectio semper concomitantur actum qui est solius fidei: dico autem solum fidei, quia medium cui fides innititur potest concurrens cum medio faciente scire, vel cum praesentia obiecti, & tunc causatur unus actus ex tribus mediis simul concurrentibus, qui actus non habet illam imperfectiōnem quam habet actus, qui est ex sola fide: & hoc sufficienter declaratum fuit in principio primi libri.

5. Si autem imperfectio dicat gradum minoris perfectionis, sic imperfectio est de essentia omnis illius actus in quo se perficit, quia magis & minus perfectum attendunt secundum ipsam essentia formam, sive in eadem specie sive in diversis speciebus, et probabili fuit in lib. i. dist. 17. qu. 7. & ideo tam in actu fidei qui est imperfectus respectu visionis beatitudinis, imperfectio est de essentia virtutis, nec potest tolli, talis imperfectio, quia tollatur essentia actus, sed disferenter, quia si perfectio & imperfectio sunt in eadem specie, sicut magis & minus album, si aliquid fiat de minus albo magis albū, non dicunt tolli albedo, sed perfici, quia species albedinis manet, & eadem albedo sed perfici, quia species albedinis manet, & eadem albedo secundum numerum non identitatem indissimilitudinem, sed continuatitatem si in oris intensioris albedinis fuit continua, & tamen secundum veritatem illa pars albedinis, quia fuit imperfecta deficit esse, sicut eius imperfectio, quam sint penitus idem, ut probatum fuit in lib. i. dist. 17. qu. 7. Et hoc modo charitas & actus eius dicuntur perfici in patria, & non evacuari, quia manebit eadem specie, & actus eius similiter, sed perfectio, non tamen erit idem actus numero in patria, qui fuit in via, nec idem habitat numero, qui fuit in via ieiunificatus: & quod dictum est de charitate, intelligendum est de scientia huius acquisitione & actu eius quantum ad eisdem habitus & actus, sed quantum ad modum extrinsecum evacuabitur quod anima salem separata non intellegit per conversionem adphantasmata sicut modum, & ideo dicunt destrui quantum ad talen modum, & non quantum ad habitum vel actu, sicut exponunt doctores.

6. Quando autem perfectio & imperfectio sunt diversarum specierum, nec sunt simili, tunc adveniente perfectione cessat imperfectio, & evanescit totaliter, & sic erit de actu fidei & visionis, quia non sunt eiusdem rationis, nec actus fidei stabit in patria cum visione, non propter oppositionem quam habeat ad unicum, sed quia medium fidei non stabit in patria sub ratione medi propter causam superius assignatam: patet ergo quod imperfectio qualiterunque accipiat, sive priuatione sive affirmatiōne & qualiter est vel non est de essentia actus fidei, & cuiusque alterius actus.

7. A primū argu. dicendum qd enigma potest importare imperfectiōnē cognitionis priuationē, & sic non est de intrinsecā ratione actus fidei, sed est concomitans conditio. Alter modo potest importare gradum minoris perfectionis, & sic est de essentia actus fidei. Perinde patet ad secundum, solum enim probat qd imperfectio p̄tib⁹ dicit gradum minoris perfectionis, est de essentia actus fidei, si cut de essentia motus, & non prout dicit priuationē: quædam etiam imperfectio est de essentia motus, quæ non est

### Quæstio VI.

270  
de essentia actus fidei quia motus est actus successivus, & semper restat de eo aliqua pars acquirēda. Actus fidei est totus simul, & tamen comparatur ambulationi, quia solum competit viatoribus, & non comprehensoribus.

8. Ad argumentum alterius partis dicendum quod perfectio & imperfectio consimiliter se habent ad actū scientię, sicut ad actū fidei, quārum ad hoc quod sint intrinsecē de essentia actuum, vel non, quārum imperfectio seu minor perfectio sit in actu fidei quām scientia: de spe autem remaneat in patria quantum ad habitū vel actu dictum fuit supra dist. 26. quæst. 3. & ideo non oportet hic replicare.

### Q Y A S T I O S E X T A.

Vtrum charitas evanescit in patria.

The. 1. 2. q. 67. art. 6.

D Einde quæritur, vtrum charitas evanescit in patria. Et arguitur quod sic, quia charitas principaliter dat propter meritum, sed in patria non erit tempus merendi, sed solum recipiendi præmium pro præcedentibus meritis, ergo ibi non erit charitas.

1. Item per charitatem tenemur inimicos diligere vt paret ex præcedentibus, sed beati non diligunt inimicos, igitur &c. Minor probatur, quia inimici beatorum non sunt nisi demones vel homines damnati, sed ad istos non est charitas, igitur &c.

2. Item per charitatem plus diligimus bonos propinquos quam extraneos meliores, sed beati plus diligunt extraneos meliores quam propinquos bonos, ergo in eis non est charitas. Minor probatur, quia voluntas beatorum conformatur voluntati diuina, sed Deus plus diligit meliores, ergo beati similiter.

4. IN contrarium est quod dicitur. Cor. 13, charitas nunquam excedit. Et exponit quod fides & spes evanescunt in patria, non autem charitas.

5. R E S P Ò N S I O. dicendum est simpliciter quod charitas manet in beatis quantum ad habitum, & quantum ad actu. Quod patet quia per habitum charitatis est homo Deo formaliter charus, sed constat qd beati sunt Deo cariores quam viatores, ergo in eis est charitas quantum ad habitum. Item charitas & gratia sunt idem aut se invicem in separabiliter concomitantur, sed in beatis remaneat gratia, ergo & charitas. Minor probatur, quia in Christo qui secundum superiorē partem anima fuit beatus, fuit gratia ut patuit supra, di. 13. qu. 1. & Ioan. 1. dicitur vidimus eum plenum gratiæ & veritatis, ergo ita est in aliis. Quod etiam charitas sit in beatis quantum ad actu paret, ipsa enim perfectit ad diligendū Deum & proximum, sed talis dilectio perfectio est in beatis qua in viatoribus, nam modus diligendi Deum ex toto corde, &c. non impletur simpliciter & perfectè nisi in patria, ut dictum fuit supra. Dilectionē etiam proximi charitatis oritur ex dilectione Dei, quare &c. Ratio autem prædictorū est, quia cum secundū Boethii beatitudine sit status omnium bonorum aggregatione perfectus quicquid perfectio est in viatoribus totum remaneat in beatis nisi succedat major perfectio incompensabilis. Charitas autem & actus eius maxime pertinet ad perfectionem viatorum: immo secundum Apostolum charitas est medium perfectionis, ergo ipsa & actus eius maxime in beatis, cum eis non succedat aliqua perfectio incompossibilis, status enim beatitudinis præcipue consistit in visione Dei immediate & per essentiam præsentis ipsi visiōni, præfentia autem relata amorem non minuit, sed potius augeret, & ideo charitas & amor charitatis quæ principaliter est ad Deum, non evanescunt in patria, nec minuantur, sed potius augentur & perficiuntur.

6. A primū argu. in oppositum dicendum quod perfectio charitas datur principaliter ad hoc ut opera nostra sine Deo grata & accepta, sed in viatoribus cum sint in statu merendi acceptantur, ut quadam Dei munera preciosa, beati etiam licet non sint in statu merendi sibi præmium essentiale quod iam obtinent, merentur tamen nobis angelis quidam orando & ministrando, fandi vero orando & hoc faciendo accrescit eis aliquod gaudium quædam quodam præmium accidentale.

7. Ad secundum argumētum dicendum quod beati diligunt inimicos sicut nos, nam damnatos tam homines quam